

Non etiam videtur ea posse que repugnant
sue gratie. scz gratiam ab inuito auferre.
Unde dicit aniel. Cum deus velit qd ani-
ma habeat rectitudinē volūtatē. si ab ip-
sa iniura eā auferret. iam vellet eam nolle
q̄rult eam velle

De sancto Barnaba.
Sermo primus.

Ioseph qui cog-
noscitur eis barnabas ab aposto-
lis. qd interpretatum est filius consolatio-
nis. Leuites cyprius genere cuius haberet ag-
gredidit illum et attulit precium. et posuit
ante pedes apostolorum. Act. iij. Quilibet
vere penitens et puerius quicquid debet ha-
bere. Debet namque perficere in gratia. Ipa-
re de verba. satisfacere de offensa. dolere de
culpa. et despiciere terrena. Ista beatus bar-
nabas a christo puerius perfecte habuit.
que in verbis premissis notant. Primo
namque perficit in gratia. qd notat cum dicit.
Ioseph qd interpretatur augmentum. Ip-
se enim augmentum faciebat. qz de virtute in
virtutem semper ibat. ps. Ibunt de virtute
in virtutē. j. Petri. iij. Crescite in gratia et
cognitione dñi nostri ihesu xpi et saluatoris.
Debet autem quilibet iustus perficere qm̄
ad augmenta virtutis et extirpationem vi-
ciorum. Unde dicit Gene. j. Crescite. i. de vir-
tute in virtutem perficite. et multiplicamini
i. virtutes multas acquirite et replere ter-
ram. i. per bona opera fructificare et subijci-
te eam. i. sensualitatem rationi supponite
et dñamini piscibus maris. id est moribus
luxurie. de qua dicitur Prover. v. Fauus
dissillans labia meretricis. nouissima au-
tem illius amara quasi absinthium. Et vo-
luntatis celi. i. moribus superbie. et vniuersis
ammanibus que mouent super terram. i.
moribus auaricie. Secundo sperauit de ve-
nia. quod notat cum dicitur. barnabas. i.
filius consolationis. Magna enim est con-
solatio peccatori quando sperat de verba sal-

uatoris. psal. Memor est verbi tui seruo
tuo domine in quo mihi spem dedisti. Ex
tali enim spe anima consolatur. Unde di-
cit. Nec me consolata est in humilitate me-
a. A morte culpe uiuificatur homo. Ideo
dicit Eloquentium tuum uiuificauit me. Su-
perbi autem et obstinati peiores efficiunt.
Ideo dicit. Superbi iniqui agebant vsqz
quaqz. Nam quo deum misericordiores
sentiant. tanto securius in peccatis confi-
sunt. Tercio satisfecit de offensa. quod
notatur cum dicitur Leuites. Nam si ali-
quando mancipauit se mundo. postea ta-
men totaliter dedicauit se deo. Dicit au-
tem de leuitis Deuteronom. penultimo.
Ponent thymiam in seruiore tuo et holo-
causta super altare tuum. benedic domine
fortitudini eius. et opera manuum eius
suscipe. Per que datur intelligi qd sanc-
tus Barnabas in quantum fuit leuites sa-
tisfecit deo per deuotam et odoriferam ora-
tionem. ideo dicitur Ponent thymiam.
per carnis mortificationem. Ideo dicitur
Holocaustum super altare tuum. per for-
tem aduersorum per passionem. ideo dicitur.
Benedic domine fortitudini eius. per lar-
gam elemosinarum largitionem. ideo dicit.
Et opera manuum eius suscipe. Ipse enim
aggredidit et precium ad pedes aposto-
lorum posuit. Quarto doluit de culpa. qd
notat cum dicitur. Cyprius qd interpre-
tatur merens Job. xxx. Merens incedebam
sine furore surgens in turba clamabam
Verus enim penitens debet habere dolo-
rem magnum. ideo dicitur Merens. Do-
lorem primum. ideo dicitur. incedebam.
Nunc enim iste dolor debet finire sed sp-
augeri. Dolorum spontaneum. ideo dicitur.
Sine furore consurgens. Augustinus
Hic semper dolebat et de dolore gaude-
bat. Dolorum vniuersalem. ideo dicitur.
In turba clamabam. Et talis dolor de-
bet esse perfectus. Debet namque clama-
re isto dolore cordis. non tantum contra

onum peccatum sed p̄ra turbam omniū
Peccatorū. Quinto terrena p̄p̄sit qđ no
 rat cum dicit Cum haberet aḡp̄ r̄c. Ju
 stum p̄emptum ⁊ nos habere debemus.
Gen. 1. Egredere de terra tua ⁊ de cogn
 atione tua r̄c. Debent namq; religiosi ha
 bere ⁊ p̄ponere p̄emptum terrene sub
 stantie. Et ideo d̄r Egredere de terra tua.
 Debent habere p̄emptum cognatōis ⁊
 patrie. ideo dicit Et de cognatōe tua. Et
 debent habere religiosi p̄emptum domus
 paterne. et iō subdit Et de domo patris
 tui. Et debent habere p̄emptum dilectō
 nis pp̄ie. ideo subdit Et faciā te crescere
 in gentem magnam. Priuatus namq; a
 mor non extendit ad alios sed clauditur
 intra seipsum. Debet autē habere amorē
 spūalem ⁊ diuinum. ideo subdit Et veni
 passio amoris in terram. s. viuentiū quā
 monstraui tibi. hic. s. p̄ p̄emplarōnem
 sed tandem tibi dabo eam p̄ verā possessi
 onem.

De sanctis Geruasio ⁊ Prothasio.
 Sermo primus

Preciosa in con
 spectu domini mors scōz eius.
 Sicut dicit beatus Augu. status hominis
 tripliciter p̄siderat. sc̄q; in vita. in morte ⁊
Post mortem. Isti autem sancti habuerūt
 vitam sanctam. mortem p̄ciosā. ⁊ post
 mortem trāslatōnem gloriōsam. Eorum
 autem sanctitas norat cum d̄r. sanctorū.
 Sancte nāq; ipsi vixerunt quo ad deum
 p̄ deuotam orōnem. vnde dixit Paulus
 de eis qđ nihil terrenū desiderabāt. San
 cte etiam vixerūt quo ad p̄mos. ⁊ quo
 ad sup̄iores vnde dixit Paulus. monita
 mea securi sunt. quo ad equales. s. naxa
 rium ⁊ celsum cum quibz vnamim̄iter ha
 bitauerūt. Quo ad inferiores qđ paupes
 sustentauerūt. quo ad p̄secutores. qđ eoz
 supplicia non timuerūt. Quo ad seipsos
 qđ carnem suam p̄ decem annos mortifi

cauerunt ⁊ sensus suos ab exterioribus
 cohibuerunt. ideo em̄ se recluserunt seruā
 tes illud p̄p̄te. Si mei. s. sensus nō fue
 rint dominati. Ex hoc em̄ animus p̄feret
 uat a maculis futuris. ideo d̄r Tunc im
 maculatus ero a p̄teritis. iō subdit Et
 emundabor a delicto maximo. Oratōes
 namq; sunt deo placiter meditatōes sunt
 deo grate. Ideo subdit Et erit vt cōpla
 ceat eloquia oris mei ⁊ meditatio cordis
 mei i p̄spectu tuo semp. Scđo habuerūt
 mortem p̄ciosā. qđ patz qđ eoz mors
 passiōi ch̄risti multum similis fuisse vi
 detur Passio nāq; ch̄risti fuit acerba. fuit
 longa diuturna fuit multiplex ⁊ diuersa.
 fuit vilis ⁊ ignominiosa. fuit p̄stans ⁊ fir
 ma. sic ⁊ istū sancti habuerunt in sua passi
 one doloris acerbiter. vnde d̄r d̄ Ger
 uasio qđ plūbat̄is cesus fuit. qđ erat ge
 nus supplicij vald̄ dolorosum. habuerūt
 pene diuturnitatem. vnde d̄r de eodem qđ
 tamdiu plūbat̄is cesus fuit quoadusq;
 sp̄m exalauit. Habuerunt penaz diuersi
 tatem. vnde dicit de Prothasio qđ p̄rio
 fuit in eculeo suspensus ⁊ postmodū ca
 pite truncatus. Habuerūt in sua passiōe
 ignomiā ⁊ vilitatem qđ Geruasius ad
 instar malefactorū fuit verberat. Protha
 sius vero ad instar latronū in paribulo su
 spensus. Habuerunt p̄stantiam ⁊ firmi
 tatem. vnde cum tyrānus Prothasium
 miser vocaret respondit. Quis est miser
 ego qui te nō timeo aut tu qui me timere
Probis. Tercio habuerunt trāslatōnem
 gloriōsam. vnde dixit postqđ Preciosa
 in p̄spectu domini r̄c. subiūgit O dñe qđ
 ego seruus tuus sum r̄c. Ac si dicant O
 dñe qđ nos sumus serui tui ⁊ filij v̄ralis
 martyris tui ⁊ valerie ancille tue non pa
 tiaris corpora nostra tam vilit̄er sub terra
 iacere. Eoz ergo trāslatō fuit gloriōsa qđ
 eoz corpora fuerunt miraculose reuelata.
 qđ ipsi duo bis ⁊ tercio cum paulo sancto
 ambrosio apparuerūt sua corpora reuelātes.